

mum habet ignem et summe actiuū et penetratiuū unde sui acumine ferrū coquit et partes eius resoluēdo et relaxando remollit. suo etiā acumine caput ledit. sub cinere aut inuolutus in se ignes retinet et custodit. detectus aut et frigidus aeri expositus in fauillarū multitudinē redigit et per se subito euanescit. vt dicit Greg. Carto vero si ignis fuerit plantas oculantisurit et ledit. extinctus vero quibus vrendo non ledit tangentē. stridorem tamen et strepitū magnū facit.

## Capitulum. VII.

### De scintilla

**S**cintilla est modica ignis particula ex materia ignea virtute et impetu caloris dissoluentis resoluta. unde motus scintillaris est subitus. vt enim ignea subito resoluitur ac sursum mouetur. sed ex grauiate partis terre/ris ad centrū tandē inclinatur. Item motus eius clarissimus est ad modū stelle et luminosus. et per diffusionē sue igneitatatis in aere apparet vndiq; radiosus. Est p̄terea motus eius ad modū ignis actiuus et virtuosus. Nam modica scintilla in fungo vel in stipula recollecta in ignem maximū subito augetur. aeris immutatione subito euanescit. et extincta nihil nisi fauillaz post se relinquit vento tempato seu flatu accenditur. impetuosa aut extinguitur. aerem impellēdo penetrat et tamen in penetrādo ipsum aerem parū alterat aut immutat. quanto ignis est fortior tanto scintillaris motus siue impetus erit maior. Ex materia viridi vel humida scintille grossiores et in suo effectū penetrabiliores generantur. vt tamen pauciores.

## Capitulum. VIII.

### De fauilla

**F**auilla a fouendo est dicta eo quod ignem foueat atq; tegat. Est cinis modicus de extinctione scintillaris materie derelictus. vt dicit Isid. Est autē fauilla tenuis mollis. subalbida et sicca atq; leuis in superficie carbonis igniti adhaerens fulgore eius haeretat. et feruorem

eius attenuat et minorat. Ad modicum venti flatū dispergit. dispersa vero vix colligitur. vt dicit Greg. et facili in/flammatur. sed p̄pter defectū nutrimenti subito extinguit. Fauilla etiā quādo est ignea venti raptu sursum tendit. extincto aut p̄prio pondere ima petit. vt dicit Greg. unde deorsum redit motu p̄prio. sed sursum extollit. et raptu motu alieno.

## Capitulum. IX.

### De cinere

**C**inis a cadēdo est dictus. nam ex substantia materie terrestris vi caloris resolutus generatur. vt dicit Isid. Est autem cinis mollis respectu coloris. amarus sicuti est saporis. partes habet minutissimas et tenuissimas leui flatu sparsionis et diuisionis receptiuas. Cinis etiā virtutē habet colatiuā siue mundificatiuā. unde valet ad restū ablutio nem. habet etiā vim corrosiuā et desiccatiuā. vt dicit Costan. Cinis insup si fuerit calidus ignē ab eo tectus custodit. si vero fuerit frigidus restituit et extinguit. Cinis etiā p̄ multā ignis flagrationē et violentiā suā formā vlem et obscuram aliquoties comutat in spēm vitreā atq; clarā. nam ex materia cinerū solet fieri vitruū. vt dicit Grego. Hoc autē habet cinis defectus et imperfectionis. qz quibus quotidie aque vel pluuie irrigationes suscipiat. sterilis tñ manet. unde terrā quaz tangit nō fecundat. sed potius si sterilis fuerit reddit steriliorē et in omnib; viliores. Et hęc de libro decimo sufficiant.

## Incipit liber undecimus De aere et passionibus eius.

### Et est dictus

**A**er est dictus eo quod ferat ignes et ab aq̄ feratur. vt dicit Isidorus. Aer autem partim pertinet ad materiam terre/stram. partim ad materiam celestem. vt dicit Beda. Nam pars aeris superior pura clara et quieta. vbi p̄cellulosi et vetosi motus nō possunt attinge/

re pertinet ad celeste. pars vero inferior  
 spere aque et terre vicina. turbulenta. gros-  
 sa et compacta ex humidis et terreis vapo-  
 ribus corpulenta pertinet ad terrestrem. et hec  
 pars aerea diuersas ex se producit spes.  
**N**am ut dicit **Phi.** Aer vehementius concu-  
 tatus facit ventos et tonitrua. et tunc  
 contractus nubila. et confusus plu-  
 uias. et congelat niuem et gradinem. distent  
 renitatem. ut dicit **Phi.** et **Beda.** Plus autem  
 habet raritatis et inanitatis quam cetera ele-  
 menta. Est autem aer secundum **Costen.** elemen-  
 tum simplex substantialiter humidum et ca-  
 lidum. **E**x propria enim natura seu substantia  
 est humidum sed ex vicinitate orbis calidi  
 etideo secundum **Philosophum** qualitates proprietates  
 aer est sui naturaliter diffusivus a superfici-  
 cie terre et aque usque ad speram ignis in  
 diuisis extensivus. **E**t substantie autem sue  
 subtilitate et raritate transparentis est et  
 perspicuus. unde ratione diaphaneita-  
 tis sue et transparentie est insipientie ce-  
 lestis virtutis et impressionis solaris lu-  
 minis receptivus. virtutis inspirandi  
 et respirandi est aer omnibus animantibus  
 ministrativus. omnium enim animantium  
 est respiraculum et volatiliu celi proprius  
 habitaculus. **S**ine enim aere non potest  
 vivere aliqua animata creatura. **A**er et  
 ratione leuatis substantialis est natu-  
 raliter mobilis et alterabilis ac variabi-  
 lis in oppositas qualitates. unde ex vapo-  
 ribus terre et maris sepe recipit immuta-  
 tionem. nam si vapor fuerit fetidus et cor-  
 ruptus ac venenosus aer corrumpitur et  
 inficitur. cui talis vapor pestifer admi-  
 scetur. **S**i vero fumus ex pura et munda sub-  
 stantia fuerit resolutus et odorifera. aer  
 odorifera et nature amicabile ex incorpo-  
 ratione fumi odoriferi recipit qualita-  
 tem. **I**tem aer nos circumdans summe nobis  
 est utilis propter angelicam necessitatem et  
 vitalis spiritus continuu nutrimentum. **S**i  
 enim clarus lucidus et purus fuerit. humo-  
 res atque spiritus erunt lucidi atque puri. **S**i  
 vero turbidus et nebulosus humores erunt  
 turbidi. spiritus grossi ac infecti. ut dicit **Costan.**  
 et **Philosophus**. unde aer est elementum  
 et corporum et spirituum. **E**uentatio ei aeris ad  
 ueniens spiritibus est causa meliorationis

eorum et depurationis et mitigationis. phi-  
 lens spiritus et humores ab inflammatione. at-  
 tractus enim a pulmone cordis. per cor totum  
 corpori preterit tumentum. unde aer marie immu-  
 tat corpus et ingreditur ad interiora spiri-  
 tum. et miscet cum eorum substantia que corpori  
 preterit vitam. **U**nde si aer fuerit purus et me-  
 dioctis in suis qualitatibus tunc paratus ad con-  
 seruationem vite maxime proficit. **S**i vero  
 fuerit corruptus distemperatus maxime ledit  
 et corrumpit. ut dicit **Costan.** **Q**uanto autem est  
 a terra remotior et celo vicinior. tanto pu-  
 rior et similior est ethere puritati. quan-  
 to vero terre vicinior tanto frigidior et cal-  
 sior et similior terre qualitati. **U**nde ex  
 vaporibus terre ad interiora aeris attra-  
 ctis varia et strata in aere generantur. **E**t  
 quanto aer est grossior et spissior. tanto sol  
 in eo fortius imprimit calorem radiorum propter  
 radiorum solarium repercussionem et conuersionem  
 et refractionem. **E**t repercussionem autem solarium  
 radiorum in aere humido et tenui gene-  
 rantur in eo varii colores. ut dicit **Philosophus**.  
 ut patet in nubibus et in iride et in nebulis.  
**F**it autem aeris condensatio triplici de causa. ex  
 vapore preter terrestres suas et grossas cum  
 aere permiscente. vel ex frigiditate per  
 humiditas aeris congelante. vel ex genera-  
 tione noui aeris sensus in se recipere. per  
 cuius ad primam additionem aer ingrossatur  
 ut dicit **Philosophus**. **R**arificatur autem et subtilatur  
 causa contraria. scilicet propter vaporem alicuius  
 tenuis consumptionem. propter fortiores  
 calorem aerem extenuantem vel clarifican-  
 tem. vel igneam partem ex particulis ae-  
 ris generationem per ultimam humiditatis  
 sue rarefactionem. et caliditatis intensio-  
 nem aerem in naturam igneam transmutat. **I**m-  
 mutatur autem aer secundum substantiam vel qua-  
 litatem multipliciter. ut dicit **Auicenna**.  
**P**rimo a solis appropinquatione vel elon-  
 gatione. **C**alescit enim aer quando sol ad nos  
 habitabile appropinquat quemadmodum  
 frigidescit quando se elongat. **I**tem ex or-  
 tus et occasus stellarum imutatione. **S**tel-  
 le enim tam erraticae quam fixae sunt causa  
 quare aer in suis qualitatibus immutatur.  
**S**ole namque cum aliqua stella effectus  
 frigidi sicut saturno in frigido signo con-  
 ueniente intenditur frigus in aere. **S**i

vero cōuenit cū calido planeta vt cum  
 marte. est causa quare in aere fit excel-  
 lus in calore. 7 sic de alijs est intelligēdū  
**I**tem imutatur ex terre varia dispositō  
 ne situ 7 positione. Nam in parte septē-  
 trionali fit siccus aer 7 frigidus. australi  
 calidus 7 humidus. orientali calidus 7 sic-  
 cus. occidentali frigidus 7 humidus. **I**tem  
 ex terre eleuatione vel depressione. quia i  
 montibz est aer frigidus. in vallibus autē  
 calidus. **C**ur rationē reddat **Consta.** in  
 pantegni. dicens. **D**oreas inquit habet  
 ortum ab eminenti zono. vnde loca emi-  
 nentia libere experit 7 mouet 7 subtiliat  
 aera. 7 ita infrigidat. quia omne subtile  
 dūmodo habeat exalationē per motū in-  
 frigidatur. aer autem in vallibus manet  
 quietus 7 ita calidus. **A**liā tamē reddit  
**P**etro. rationē. dicit enī qd hoc fit ex ag-  
 gregatione radiōz qui multiplicatur in  
 vallibus propter cōdensationē vaporis  
 in vallibus potius q̄ in montibz. 7 ideo  
 nives citius liquefcit in valle q̄ in mō-  
 te. quia ibi ex radijs maior calor genera-  
 tur. **E**t hoc p̄cordat cū **A**resto. in li. metē.  
 l. c. iij. vbi dicit qd multiplicatio radiōz  
 qui tendunt ad terrā velut ad centrū est  
 in causa hui⁹ calefactionis. similiter re-  
 uerberatō radiōz in acutis angulorū 7  
 mora rē. **I**tem immutat aer ex vicinī-  
 te maris. quia terra vicina mari septē-  
 trionali frigida est et sicca. ex vapore fri-  
 gido 7 sicco a mari resoluta. abi enī calor  
 est debilis 7 parū vincit. 7 ideo mare aq̄  
 lonare parū sallescit. vnde ponticū ma-  
 re est quasi dulce. **I**n mari australi ē cō-  
 trariū ex causa cōtraria. **I**tem immura-  
 tur aer ex cadauerū 7 paludū p̄pinq̄uita-  
 te ex quoz corruptione aer cōtrahit cor-  
 ruptionē 7 aer efficitur putridus 7 qua-  
 si pestilentialis. **E**t accidit ista aeris pu-  
 trida infectio in fine estatis 7 sepius in  
 autūno. quia tunc aer ex sui natura ē sub-  
 tilior. 7 ideo p̄uertibilior. propter qd ac-  
 cidit ei talis corruptio. ex cōmixtiōe ma-  
 larum fumositatū que ascendunt ex pu-  
 tridine cadauerū vel paludum siue alte-  
 rius rei cuiuslibet corruptela. vt dicit **J**o-  
 h̄a. **E**t hec de aere dicta in generali nūc  
 sufficiant.

## Capitulum. I.

**D**e igne p̄pendiculari  
**N**unc de impressionibus qui fiūt  
 in aere est dicendum. primo de  
 his que fiunt ex vapore calido et sicco. si-  
 cut est ignis p̄pendicularis. qui quādoq̄  
 apparet in aere 7 nō est aliud nisi impres-  
 sio generata ex vapore calido et sicco in  
 prima aeris parte eleuato habente lati-  
 tudinem in p̄fundo 7 longitudinē in su-  
 premo s̄m figurā flāme pyramidalē per  
 ignem 7 motū celi inflāmato. **S**ecūndus  
 est ignis longus. qui est impressio gene-  
 rata ex vapore calido 7 sicco in suprema  
 parte aeris carente latitudine manife-  
 sta respectu sue longitudinis inflāmato  
 per virtutem ignis 7 per motum firma-  
 menti. 7 dicitur hec impressio draco euo-  
 mens ignem rē. **T**ertia impressio voca-  
 tur candela 7 generatur ex calore calido  
 et sicco in suprema parte aeris habente  
 paruam longitudinē 7 latitudinē equa-  
 les tamen propter qd apparent quasi ro-  
 tunde figure inflāmato per calozē ignis  
 et motum celi. **Q**uarta impressio voca-  
 tur assub ab **A**resto. 7 est duplex. **I** ascen-  
 dens 7 descendens. **E**t generatur hec im-  
 pressio ex vapore calido 7 sicco subtili i  
 suprema parte aeris longitudinē 7 lati-  
 tudines magnā habens p̄portionales ta-  
 men inflāmato vehementer 7 calefacto  
 per ignem 7 motū firmamenti petens su-  
 periora propter subtilitatē materie 7 ve-  
 hementiā inflāmationis. **A**lia est imp̄s-  
 sio 7 dicitur assub descendēs. generatur  
 autē ex vapore calido 7 sicco 7 grosso. lon-  
 gitudinis 7 latitudinis equalis existen-  
 te in parte superiori mediū interficiū ae-  
 ris inflāmata per ignē 7 motū firmamē-  
 ti. **D**escendit autē inferius p̄pter frigus  
 circūstans 7 pondus materie grossioris  
 vt dicit **A**resto. **I**ste impressiones sūt q̄s  
 vulgus putat esse stellas de nocte cāden-  
 tes 7 ad celū ascendentes.

## Capitulum secundū.

**D**e ventis in generali  
**S**unt et alie impressiones ex va-  
 pore sicco sicut vent⁹ q̄ s̄m aresto.

est motus vaporis sicci eleuatiā centro terre cū aere in aera cū aliqua celesti virtute incorporati. Unde ventus sūm Bedā nihil aliud est q̄ aer motus et circūagitat. ex fumositatibz enī a terra descendētibz et aerē repellentibz generat vētus vt dicit idē. Hanc autē descriptionem acquit Arestō. in topicis. quia descriptum non vniuersaliter p̄dicatur de sua descriptiōe. quia nō omnis aer motus est vētus. Oportet enī ad hoc vt aer motus sit ventus q̄ ibi sit maximus impulsus et q̄ multū de aere diutius impellat. Et ideo diffinit sic Constan. ventus est vapor frigidus et siccus ex terris et aquis per calorem resolutus. aetes per incorporationem sui fortiter cōmouēs et impelles. Alij ponunt causam ventozū esse nubes in aere existentes sua mole aerem hinc inde p̄mentes et impellētes. et ex tali motu nubium et impulsu fit ventus. Alij autē dicunt ventū p̄creari ex cōflictu brachioz maris in quatuor partibz terre. Nam in aquilone brachiū australe cōflictum in oriente cōmouet mare ex cuius motu mouetur aer et fit ventus qui vocat subsolanus. Quādo vō cōfigit in occidēte fit ventus qui dicitur fauonius siue zephirus. Eōuerso si brachiū orientale et occidentale fecerint cōflictū in meridie fit vētus qui vocatur auuster. Si vero in septentrione fit ventus qui vocatur boreas. Et alijs autē resurionibz maris intermedijs dicunt ventos collaterales generari. Alij adhuc dicūt vt dicit Beda. q̄ ex cauernis terre fit ventus hoc modo. q̄ aer labilis ē nature. et ideo subintrat cauernas terre et exit. Cum autē vna pars nititur exire et alia subintrare fit cōflictus et mouetur aer et fit aer inde ventus et ideo eolea regio est ventozū que est regio cauernosa. Primā autē rationē generationis ventozū approbat Arestō. in li. metab. vbi dicit q̄ duo sunt genera vaporum qui per calorem a terra resoluunt. vnus est humidus qui est materia pluuiarum et aquarū per maiorem cōdensationē vel minorem. alter vapor est siccus et est materia omnium ventozū. Unde cūq̄ autē pro uocatur ventus siue generet hoc manife-

stum est. q̄ ventus summe mobilis est et motus inquietus et agitationis in aere cōcitatus. Est etiā tempestuosus in mari et in aere tempestatus generatus. Item ventus quādo est moderatus et nauigantibus in mari nō contrarius itineris ipsorū est directiuus et p̄motiuus. Eōuerso vō si contrarius fuerit et immoderatus periculū et timorem ingerit et sic itineris retardatiuus. Item ventus subtilitate sua et impetu penetrat ad interiora maris p̄cellat et maris vndarū est eleuatiuus et extensiuus in partes oppositas diffusiuus. Item ventus borealis cū sit frigidus et siccus est aeris tepuratiuus pluuiarū nebularū ac nubium fugatiuus et serenitatis inductiuus. Eōtra vero australis cū sit calidus et humidus cōtrarios habet effectus. aerem enī conturbat. turbulentiā et obscuritatem generat. vt dicit Beda. Item ventus quādo obstaculū inuenit siue virtutis siue fortitudinis est ostensiuus. tūc enī maxime apparet fortis et violentus. vnde et tomos et arbores sibi resistētes diruit radicitus et subuertit. et ideo dicitur est ventus. vt dicit Arist. eo q̄ vehemens sit et violentus. vis eius tanta est vt non solū saxa et arbores euellat. sed etiā celum et terrā conturbet. mariaq̄ cōmoueat vt dicit idē. Item vētus est humoris sup̄flui cōsumptiuus et lubricitatis ac immundicie absterfius. Nam vie que p̄ inundationē pluuiarū effecte sunt lubricae et sordide p̄ flatu ventū sunt mūde. Item temperatus ventus est ignis et si aīme excitatus. Si vero fuerit nimis impetuosus et intensus erit eiusdem extinctiuus. Item ventus in suo ortu inuisibilis est et occultus. sed paulatim p̄ aggregationē partium vaporabilium in aere est augmētū receptiuus et simpliciter manifestatiuus. Et ideo dicitur in li. metab. q̄ venti quī oriuntur de terra sunt debiles. sed post efficiunt fortes p̄ multitudinem vaporū qui post in aere multiplicantur et aggregant. Item ventus mouet circulariter et tortuose. nā vapor qui ascendit primo sursum flectitur postea in circuitu terre. et ideo eius motus est tortuosus et circulariter p̄cessiuus. Item venti impetu est palearū leuatiuus. pulueris et cineris

dispersiuus, refice inflatiuus et extensi-  
uus, per sui subintrationē, intrat enī ca-  
uernosās et spongiosās terre partes. Est  
ventus terremotus generatiuus, ex ven-  
tō enī interclusō et agitato in ventre ter-  
re fit terremotus, vt dicit **A**resto, nā p-  
torum tam terre q̄ corpō animalū est  
ventus aptiuus, ad interiora terre sub-  
tilitate sue substantie penetratū per sui  
interclusionem intrans partes aqueas,  
est ventus in superficie aque eleuatiuus et  
spume causatiuus. Et est ventus in aquaz  
superficie dissimilitudinis partū et ineq̄-  
litas inductiuus. Nam aqua esset equa  
superficialiter atq̄ plana si ventoz impul-  
su nullatenus moueret, vt dicit **I**si. Item  
vapor ventosus a cibis et potibz et alijs hu-  
moribz vi caloris resolutus multaz pas-  
sionū est in corpore illatiuus, nā inclusus i  
stomacho vel in interioribz visceribz tor-  
siones generat quasi intolerabiles et mlt̄-  
tas alias passiones sicut hydropisim ar-  
thetica et h̄mōi. In auribz etiaz facit sibi-  
lum et tinnitū vnde inficit et impedit au-  
dibilem spūm siue auditum.

### Capitulum. III.

**D**e ventis  
Venti aut sunt, xij, quoz quatuoz  
dicunt esse cardinales et octo col-  
laterales. Primus cardinalis dicitur subsola-  
nus qui oritur in oriente sub equinoctiali  
parallelo, ibi enī quicquid fit maximus aeris  
impulsus ex transuerberatione terre et aq̄  
in aera ex qua fit ventus. Et dicitur subsolanus  
quasi sub sole natus, quia nascitur in torri-  
da zona sub qua spiritus mouet sol. Iste ven-  
tus habet duos collaterales scilicet vultur-  
num versus septentrionem et eurus versus au-  
strum, et possunt renneri in hoc versu. Sunt  
subsolanus vulturnum et eurus eoz. Vren-  
ti sunt calidi et sicci, calidi, quia sub sole  
diu morantur, sicci autem quia mare orien-  
tali est a nobis valde remotus, vnde an-  
tequam ventus orientalis ad nos veniat si quid  
habet de humore humido, totum calore so-  
lis est consumptum. Ventus vero subsolanus  
est in calore temperatus sed quando declinat i vul-  
turnum omnia desiccatur, quando autem i eurus  
generat nubes. Venti autem orientalis

fm Constan. sunt salubres in ortu diei,  
quia ab aere veniunt temperato et subtiliato  
nam vt dicit idem, regionū orientaliū est  
aer clarus et par siccus, inter calidū et hu-  
midū temperatus, vbi talis ventus aquas clari-  
ficat, et eis saporem suauem admiscrat, vbi ven-  
ti orientales corpora i sanitate custodiunt  
propter suam temperiem qualitatū, propter  
hoc etiaz orientales maxime fructibus et flo-  
ribz abundant plures aquilonares vel oc-  
cidentales. Item flumina contra orientem  
fluentia et mare orientale subintrantia sunt  
meliora et saniora ac clariora, quia ventoz  
orientaliū occisione et solis orientis re-  
uerberatione aque subtiliant et depuran-  
tur. Secundus ventus cardinalis est fau-  
nius et oritur in occidentem sub palelo equi-  
noctiali, et habet iste ventus duos collatera-  
les, scilicet circium versus septentrionem, et zephyrum  
versus austrum et retinent per hunc versum.  
Circius occasum zephyrusq̄ fauonem as-  
stant. Dicit autem fauonem eo quod fouet ea que  
nascuntur, vt dicit **I**si, hyemem enim resolu-  
germina et flores producit. Est autem fauoni-  
us temperate frigidus et humidus, frigidus est  
quia parua moram facit sol in occidente  
et ad nos venit antequam a solaribus radijs i-  
caleseat. Venti itaq̄ occidentales in fine  
diei sunt salubriores et temperiores, quia sol  
in occidente subtiliat eos et depurat, quia  
ergo regiones occidentales aerem non ha-  
bent perfecte temperatum in calore et humore  
ideo eoz aqua mutabilis est et turbida eo  
quod in principio diei radijs solaribus non de-  
geratur. Nam in principio diei ventus  
ibi nimis est frigidus, in respere vero cale-  
fit, vt dicit **C**onstan. Tertius ventus car-  
dinalis est auster et oritur sub polo antarti-  
co eadem causa que et primi, et habet duos  
ventos collaterales, scilicet northum versus orien-  
tem, et affricum versus occidentem qui notan-  
tur hoc versu. Atque die medio northus he-  
ret et affricus austro. Auster autem ab hau-  
riendo aquas est dicitur. Est autem calidus  
et humidus et fulmineus, ventus facit aerem  
atque spissum et nebulas nutrit, suo calo-  
re poros aperit et sua humiditate pluuias  
multiplicat et adducit, vt dicit **I**si, tem-  
perate in mari generat, quia ab uno fiat, vt  
dicit **B**eda, poros corporum aperit, virtutes

ales impedit. grauitates in corpe facit  
 vt dicit **Pro.** Venti inqt australes gra-  
 uat auditu. caliginosi sunt et capita gra-  
 uates. pigri dissoluentes etc. dissolunt ei  
 venti australes humores ab interioribus  
 ad exteriora sensus et grauitate faciunt.  
 colore corrumpunt et egritudinū faciunt re-  
 ciduatione. podagra et pruritū comouēt  
 et epilepsia et acutas febres. **Ventus** sita  
 q̄ australis oritur in zona iuxta polū an-  
 tarticū que p̄ nimia eius frigiditate est  
 inhabitabilis. vñ naturaliter est frigidus  
 et sicus quātū est de suo ortu sicut et septē-  
 trion qui stat in aere opposito sed dū transit  
 per torridā zonā ibi calorem assumit. et quā  
 versus meridiē venit vbi est maior aqua  
 tū copia et loca vapore et rore plena humi-  
 ditate contrahit et acquirit. vnde et apud  
 nos calidus et humidus inuenit et ipso flante  
 aer p̄dicto vapore repletus in pluuias  
 resoluit. et quia de ampla zona aerē im-  
 pellit ad nostrā angustā ideo condensat  
 aerē vnde nubes generat. quaz obiectu  
 solares radij obscurantur. vt dicit **Phi.**  
 multas itaq̄ habet auster laudabiles p̄-  
 prietates. qz est ventus mollis et remol-  
 litius calidus et humidus pluuie et rois mi-  
 nistrariū proz terre aptius. germinū  
 et seminū p̄ductū nutritiuus et augmē-  
 tatiuus sup̄fici. et terre renouatur. pen-  
 natū veterū et plumarū in auro mutati-  
 uus. humorū frigidorū et compactorū in cor-  
 pore dissolutiuus. sudoris et euaporatio-  
 nis fumositatū et humorū sup̄fluorū puo-  
 catiuus. reptiliū et vermiū terrestriū de  
 interioribus terre eductiuus. **Quartus**  
 ventus cardinalis dicitur boreas qui ortū  
 habet sub polo arctico eadē de causa quaz  
 p̄cedentes. et habet istos collaterales. scilicet  
 aquilonē versus occidentē et choz versus  
 orientē. et norant p̄ hūc versus. **Ac** boreas  
 aquilo veniūt et chozus ab alto. et dicitur bo-  
 reas ab iplureis montibus a quibus flatur  
 dicit **Phi.** sicut auster dicitur affricus de pul-  
 tia africe a qua frequenter solet flare.  
 dicitur et septentrionalis. qz flatur a parte aeris  
 et septentrionis et oritur ex locis aquosis et  
 cōgelatis et cōstrictis. p̄pter nimiam remo-  
 tionē a circulo solis et ex montibus excel-  
 sis ex quibus ad nos venit et cū ab illis lo-

cis nequeunt vapores dissolui. p̄pter ni-  
 miam cōgelationē aerē serenū reddit et pe-  
 stilentiam ab austro ortā reprimat et repel-  
 lit. vt dicit **Phido.** reuolentia sui frigiditas  
 terrarū et aquarū sup̄ficiem constrin-  
 git et nūc in glaciei nūc in cristalli specie  
 p̄m maiorē vel minorē indurationē alte-  
 rat et cōuertit. **Di** tres ergo venti cū frigi-  
 didi sint et sicci corpora indurant et poros  
 claudunt. humores putrificant. spūs et  
 sensus subtilant. vim digestiuam adiu-  
 uant. virtutē retentiua cōfortant. aere  
 pestilēte sanāt. vim generatiua augmē-  
 tant. **Unde** dicit aristoteles. li. iij. q. in p̄-  
 ceptione fetus si ventus fuerit septentrionalis  
 natus erit masculus. et cōuerso si fue-  
 rit meridionalis erit femina. dicit etiam  
**Aristoteles** li. v. c. vij. q. ventus aquilonaris hu-  
 mores malos contrahit et impedit ne in  
 alia mēbra discurrant. verū tū tūssim fa-  
 cit. p̄pter pectoris desiccationē terre et cor-  
 porū facit asperitates. frigiditate et siccitate  
 sua neruos parit contrahit et constrin-  
 git. ideo a motu et opatione mēbra impe-  
 dit. flores et fructus teneros ledit et cor-  
 rumpit. vineas germinantes et florentes  
 exurit. herbarū et arborū virore spoliatur  
 qz tollit. humores desiccatur exteriores et  
 interiores. et ideo p̄ficiis est nocuus. qz  
 pulmonem sua siccitate dilacerat et vlcera-  
 rat vt dicit **Gal.** ventus enim eius est frigidus  
 et sicus de angusta zona veniens ad am-  
 plum aerē rarefaciēs subtiliat et desiccatur  
 et cōgelando partes humidas tam terre q̄  
 aque sup̄ficialiter coadunatur. vnde dicit  
 aquilo q̄si aquas ligans vt dicit **Phi.**

Capitulum .III.

**De nubibus**  
**N**ubes est impressio facta in aere  
 ex multis vaporibus in medio  
 aeris intersticio aggregatis in vnū cor-  
 pus ex loci frigore cōdensatis. **Unde** nu-  
 bes est communis materia ad niuem et plu-  
 uiam et grandinē etc. **Habet** autē nubes  
 sic generari. nam calor celestis vi sua p̄-  
 tes aque et terre vaporabiles ad se sub-  
 tilissime attrahit et partes earū subtiliores  
 cōsumēs et residuū cōdensans in nulem  
 cōuertit. vt dicit **Phi.** nubes ē aeris desiccatus

ex vapor et fumositati terre et maris attractione globata. aeris etiam leuitate et vaporum impulsu a calore in cauitate ventris nubis incluso. hinc inde mouet nubis substantia et circuitu agitat. Est autem nubes caua naturaliter. et ad modum spongie cauernosa. et ideo impressionis superiorum corporum est defacili receptiua. et ideo per radios solis subintratōz est multiplicis forme et coloris representatiua. ut patet in arcu celesti quod nihil aliud est quam nubes quāda rotunda in cuius substantia multiplex forma per solis radiū generat. Est autem nubes interior caua et per sui figuratōes cum sphaera caeli cui appropinquat. rotunda est exterior et conuexa. a latere autem non est ei alia forma siue figura determinata. nam quoniam nubes nubi laterali appropinquat. altera alteri in figura se reformatur ut dicitur Beda. Item nubes leuitate sue substantie sursum est motiua. et secundum quod a veteri pluuio minus est et ellipsoide est vel tardius processiua. Item secundum quod ex sublimioribus et purioribus vaporibus est composita magis est illuminationis et impressionis radios solaris receptiua. dyaphanitate enim sua et transparentia luci est pura. nisi quoniam ex nimis grossis fumositatibus ipsius substantia est in aere aggregata. tunc enim est obscura et per sui interpositionem inter nos et solem luminis solaris est interceptiua. et a nostris aspectibus ablatiua. est etiam caloris solaris per sui oppositionem mitigatiua propter quod nubis praesentia messoribus et alijs in estu solis laborantibus est accepta. Item nubes calore solis in pluuia resoluta per ymbrium effusionem est terre fecundatiua et germinis ac seminis de terra productiua. Item cum omnia fere que generantur in aere sit quod si mater et quedam communis materia diuersarum rerum est ad terram de sua substantia transmissiua quod patet. quoniam nunc pluit. nunc gradinat. nunc ningit. nunc fulminat. nunc quod tonat. Item nubes ex aquis marinis aggregata et in altum contra solem suspensa bene facit calorem celestem est totius maris salledinis et amaritudinis in dulcedinem conuersiua nam de mari origines contrahit. et tamen de purata a sole maris amaritudinem non sapit neque sentit. Item nubes in pluuia resoluta utilis est terre

et proficiua. sed quoniam resoluuntur in ventum pluuia non est nociua. quoniam tunc est tempestatis non modice in mari vel in terra generatiua. Item nubes in alto aeris intersticio suspensa videtur esse prima et coniuncta cum tamen in veritate magis terre quam celo sine operatione aliqua sit vicina. Item circuitus fluxus siue mutua collisio nubium est aeris aliquoties in se amatiua et choruscationis ac tonitruum causatiua. Item ex vento in ventre vel cauitate nubium intercluso fit aliquando partium nubium subita disruptio et ex tali parte a parte subita attractio est nubes strepitus et tonitruum effectiua. Item quando a paludibus siue cadaueribus hinc alijs corruptis rebus fit vaporum corruptorum attractio ex eorum incorporatione in substantia nubium procedit ex ipsis nubibus corruptis corruptio maxima et pestilencia infectiua. Item quanto nubes terre est vicinior et a celo remotior tanto maioris quantitatis est aspicientibus oculis ostensiuia. Unde maxima nubes quoniam est vicina celo videtur minima. que vero in se minima est iudicatur maxima quoniam terre est vicina. ut dicitur Beda. Item nubes ex solis vaporibus siccis et ventosis generata solet esse receptiua. nam ymbrem futurum praesendit. sed in fine propter ventum et turbine nihil soluit. Item nubes pluuiosa si subito et simul ad terram conuenit terre ubi cadit quod submergit eam est nociua. Sed si paulatim et guttatim fuerit resoluta magne utilitatis est frugibus collatiua. Item nubes sepe suis guttis terras rigat. sed irrigando sumptus est sumptiua. quia dum alia irrigat et humectat per sui dissolutionem se ipsam annihilat. ut dicitur Beda. Item quando nubes una nubi alteri est contraria. tempestatis et commotionis est in aere excitatiua. Contrarietas eius et aduersus concursus nubium contrariis ex impulsibus est ventorum. ex quorum allisione mutua fit commotio in aere et in terra.

## Capitulum. V.

De yride

Yris est impressio generata ex nube concaua et rotunda ad pluuias preparata in stillicidijs infinitis tanquam in speculo relucens. habens figuras

arcuale varios calores exprimens a radijs solaribus vel lune generata, sed a radijs lune causat raro, qz nō nisi bis in quaginta annis vt di. **A**resto. **A**rc' itaqz celestis est nubes aquosa p oēs sui partes solis radijs penetrata vt di. mar. et dicit arcus a similitudine curuati arcus, nam quādā oueritate in summitate nubis um p̄ndit et cornua quedam reprimit ad terrā et exiēdit, vt di. **I**si. **I**n hoc arcu quedā sunt p̄tineria ad eius generatiōnē, quedā vō ad eius spēm siue formā et figuratiōnē et quedā ad eius virtutē et operationē, quo ad generatiōnē eius attenditur qz substantia eius et refulgētia et reflectione radij in nube torida et ymbri fera generat. **I**te qz plena facie semp respicit solē et opposito et a sole respicitur. **I**te qz a terra vsqz ad celū circularit̄ eleuatur, nam duobz cornubz terrā p̄cutit et vertice celū tangit qui quāto p̄trahēdo cōprimū tanto plus in oueritate extenditur et in figurā circuli eleuat. **Q**uātū autē ad figurā et speciē est specius et circularis et perspicuus et specularis in colore multiplex est et singulariter singularis. Nam in yride propter eius transparentiam et dyaphanitatē refulgent ipēs et forme sibi oppositae et obiectae, et ideo arc' apparet coloratus, nam s̄m **B**eda colorē p̄trahit ex quatuor elemētis naz in ipso velut in speculo forme et species elementorū refulcent **U**nde ex igne p̄trahit colorem rubeū in supmo, ex terra viridē in infimo ex aere vero iacincūm et ex aqua ceruleū in medio, vt dicit **B**eda, et hi colores sunt ad inuicem coordinati s̄m **A**resto, an li. methoz. **P**rimo enī est color rubeus seruinofus qui fit ex radio tangente superficie rotunditatis nubis, de inde sequit color micet, s. blaue' vel ceruleus s̄m qualitatē vincentē et dominantem in vapore existente in medio nubis deinde apparet in infimo color viridis in inferiori parte nubis vbi vapor magis est terrestris, et hi colores sunt principales alijs, quia s̄m p̄bm multos alios habet colores inter quos distinguere sensui est difficile, et ideo dicit p̄bus qz nullus pictor pōt depingere colores arcus

siue fingere. **C**ausa aut yridis s̄m **A**resto, est repercussio radij redēditis ad vaporem cōtrariū nubis sicut splendor refulgēs in aqua relucet in pariete redēs ad ipm et cum nō videatur arcus nisi p radiū solis per diem, aut per radiū lune per noctem impedit ipsius visio vel ppter turbulentia aeris vel debilitatē visus aut ppter obscuritatē et densitatē nubis radiū cum illuminatōni resistentis. **V**idetur autē tpe pluuiali qz tunc resoluit superfluitas vaporis coartati in nubis et fit ex eo rotatio pua in qua relucet radius sibi oppositus et fit formatō yridis, vnde cōtrahit varios colores ex varietate vaporis in quo relucet radi' sicut dicit **A**resto, quo ad virtutē vō eius siue opationem sui interpositione feruorē solis tpat et mitigat, per sui resolutionē in pluuiā vel in rosē inferiora vegetat et fecundat, per suā figurā et multiformē colorū variationem superiora pulcrificat et decorat, vō minus humiditatis in aere signat. **E**t ideo ante iudicium, vt di. **B**eda et magister in hysto, per annos, xl. nō apparebit, et hoc erit signū desiccationis et defectus elementorum, vt dicit idem. **P**acem et concordia inter mundū et deū designat et diuinum iudiciū per diluuiū p̄teritū fore denunciat et remonstrat sicut etiam solis facit iudiciū, quia in qua parte celi sit sol sua p̄ntia indicat, quia nunqz ē in eadem parte celi cū sole sed semp ex aduerso. **S**ole enī existente in oriente apparet arcus in occidente et e conuerso sole existente in meridie apparet arcus in septentrione. **I**n parte aut australi siue meridionali nunqz apparet sicut dicit **B**eda. **I**n hora autem recte meridiana nunqz apparet cui' rationē assignat philofophus qz in meridie quādo mediat sol orbem tunc resplendet radi' eius in vtroqz orizonte s̄m equalitatem quare tunc nō plus resplendet in vna parte qz in alia, et ideo nō apparet arcus in aliqua parte celi in p̄cto meridie, vt dicit **A**resto. **R**arissime autē videtur de nocte imo nunqz nisi in plenilunio, vt dicit **U**da, et hoc non contingit nisi bis in .l. annis, s̄m **A**resto.



## Capitulum. VI.

**R**os est immissio generata ex va-  
pore frigido et humido non congre-  
gato in corpus nubis in inferiori parte  
medij intersticij aeris paruo frigore oc-  
currente. Dicit autem Aristotleus quod non fit  
ros nisi quando auster flat. quoniam ros  
est pluuia pauca. et pluuia ros multus. unde  
ventus australis sua humiditate rorem  
generat et nutrit quem aquilo sua siccita-  
te lambit et inter sea frigiditate comprimit  
et costringit. Luna etiam humiditate suam  
aeri imprimat et generationis rosis in  
aere causa existit. ut dicit Ambrosius. vocat  
lunam matrem rosis. unde de nocte virtu-  
te lunari in aere primo origiue occulte  
contrahit et tandem insensibiliter descen-  
dens per herbarum superficie suauiter se dif-  
fundit. In suo ortu et descensu herbas et  
plantas rigore tribuit et que estus dur-  
nus desiccando et consumendo inclinauerat  
ros nocturnus reparat erigit et sustollit  
Item in herbarum summitatibus guttatim  
se recolligit et quasi suam originem petens  
ad aerem descendendo semper in foliorum  
et herbarum extremitatibus se suspendit.  
Item vim ardores solis non sustinet cito  
ad tactum solarium radiorum dissoluitur  
et penitus euanescit. virtutes tamen  
suam aeri immissam non deserit. quia per  
sue diffusionis presentiam per aera effectum su-  
um in herbas et seminibus manifestissime  
derelinquit. Item ros cuius sit substantia  
quedam aerea et in se subtilissima in sup-  
ficie. nihilominus tamen miro modo effu-  
cat in virtute est. quia terram inebriat et  
fecundat et medullam in granis ampli-  
cat et augmentat. ostreas et alios pisces co-  
chilium in mari impinguat et impregnat  
et maxime ros vernalis. nam tempore  
verno ostrea de nocte se contra rorem ape-  
rit quem descendente intra se recipit at-  
que haurit qui hauritus et piscem reficit et  
impinguat et per sui incorporationem cuius in  
terioribus piscis gemmam preciosissimam scilicet  
margaritam generat que quanto est nobi-  
lior tanto albior atque maior ut dicitur in  
li. gemmarum. Item pullos coruinos ad

hic in pluma albidos antequam nigrescant  
reficit et sustentat ut dicit Gregorius. Item  
aerem diurno calore calefactum refrige-  
rat et temperat. et si fuerit nimis per calorem  
precedente rarefactus ros per sui incorpora-  
tionem ipsum inspissat mediocriter et con-  
densat. ut dicit albus. Item ros vim vene-  
ni reprimit in animalibus venenosis et co-  
artat ne tantum de nocte quantum de die se  
diffundant. unde serpentes latitantes in  
ter herbas paruos solent transire ledere  
et quod diu flores et germina sunt in rore. Item  
ros gustatus quibus in se videatur ad mo-  
dum aque insipidus tamen potestatiue et  
effectiue est dulcissimus et mellis ac man-  
natis in herbas et floribus causatiuus. Nam  
ex rore celesti mel in floribus et manna in  
quibusdam herbis in quadam parte grecie  
generatur sicut dicitur in placito. Item ros  
in aere corrupto genitus ex corruptio-  
ne loci fit corruptus et aliorum corruptiuus  
unde talis ros inficit flores tenellos et  
corruptis segetes nouellas quando sunt  
adhuc in spica ut dicit Gregorius. et talis cor-  
ruptio vocatur aurigo seu rubigo ut di-  
cit glo. Hieronymus. super iohel. libi. Residuum  
bruci comedit rubigo. Hieronymus. Rubigo est  
quando tenere fruges noxio rore percussu-  
tur et vertuntur tam spice quam culmi in ru-  
borem vel nigredinem vilem. et hec pestis  
omnia vastat etiam stipulam et fenum in tan-  
tum quod nec alio sunt vitia neque fimo.

## Capitulum. VII.

**D**e pluuia  
Pluuia est immissio ex multo vapo-  
re frigido et humido in nube ag-  
gregato abundante in quantitate et substā-  
tia respectu rosis et magis infrigidat et  
humectat quam illa. Fumi enim ex aqua et ter-  
ra euaporantes per calorem celestis ad inferi-  
mam partem medijs intersticij aeris attra-  
huntur et ibi frigiditate loci condensan-  
tur. deinde calore humiditate eius dis-  
soluente et non ex toto consumente gutta-  
tim resoluuntur in pluuia et in ymbrem.  
ut dicit Beda. Et est pluuia a plurali-  
tate guttarum dicta. ut dicit Isidorus. eo quod  
interpolate et guttatim descendere consue-  
uit. Et dicitur ymber ab imbuendo. quia

terram imbuat et fecundā facit. terra enī sterilis manet sup cuius superficie pluuia nō descendit. q̄to autē nubes ex qua generat pluuia a terra est remotior et celo vicinior tanto suauis et cū guttis gratioribus descendit. quāto x̄o terre est vicinior tanto impediōsi⁹ et cū stillis grossioribus descendere cōsueuit. venti etiam sup mare discurretes multū humorē aque superficie recolligūt et secū in aera deferētes. tādē i materia pluuie uertūt. Quā vero multū est de materia pluuiali in nube. et nubes fuerit valde densa. foris fit radiōz imp̄ssio sup nubē et ex multi plicatōe radiōz et fractōe eoz extra nubem gignit fortis calor cuius virtus tandē dissoluit in pluuia fortē vñ sepe post acutissimū calorē videm subsequi pluuia vehementē. vt di. Beda. Tanta etiaz fit aliquādo caloriz generatio ex aggregatōe radiōz et eoz fractōe circa nubes q̄ vapor q̄si adurit et ex vehēti adustōe in colorē rubeū mutat. Et ex hoc credit vulg⁹ q̄ aliqui pluuiat sanguinē. vt di. Arist. Est autē aqua pluuialis multū striptica et strictiua. et iō restringit fluxū ventris. vt di. Costā. Est tñ subtilis substantie et leuis plus hñs aereitatis et aeree leuitatē q̄ alie aque. et iō multuz est alterabilis et uertibilis in oppositas q̄litates. et iō de facili putrescit et recipit corruptōem. vt di. Costā. Dulci or tñ estet lapidior alijs aquis q̄n in sua puritate pmanet et vute. Pluuia igitur si fuerit in q̄litate et quātitate tpa et tpi cōgrua vtilis est ad infinita. nā terrā fecundat et ipam si fuerit rimosa cōglutinat. caloriz tēperie mitigat. aerem serenat. ventos sedat. pisces impiugnat sicca cōplexiōem adiuuat et cōfortat vt di. Costā. Si x̄o pluuia mala fuerit ac in suis qualitātib⁹ distempata ac loco et tpi incōgrua in pluribus est nociua. nā pfunditatis immisidicie et lubricitatē est in vñs et in seminis effectiua. graminuz et herbarū inutiliū multiplicatiua. fructuum et seminiū corruptiua. et caloriz naturalis in seminiū extinctiua. densitatē et obscuritatis in aere inductiua. radiōrum solariū interceptiua. nubium et ne

bulariū aggregatiōe. operū et opantiū impeditiua. maturitatis segetū et fructuum tardatiua. reumatis et fluxus puocatiua. mortoz oim humidoz augmētatiua. sterilitatis et famis causatiua. corruptionis et pestilētie in iuuetutis et oiuibus inductiua. nam ymber corruptus corrūpit gramia et inficit herbas pascuales. ex quarum pastu sequit n̄ecessario corruptela in aialibus. vt di. Costā.

Capitulum. VIII.

De gutta.

**G**utta siue stilla est vapor humidus in minutissimas pticulas resolut⁹. Vagne autē fiunt gutte in diebus q̄n calor est. et resoluuntur ptes nubis q̄ prius erat aggregate propter frig⁹. vt di. Aresto. Quā enī in aere est calor adueniēte frigore velocior ē congelatiō vaporis siue aque. vñ di. Arest. in li. aialiu q̄ piscatores aquā calidā fūdunt sup sua instrumenta vt citius congelata submāergāt. Gutta autē q̄to ē terre vicinior tanto est grossior et econuerso. puitas enī eius et rotūditas causat q̄diu manet in aere remoto a terra. vñ dicit Arest. Est autē humida mollis rotunda puia et lucida terre inebriatiua et seminiū et graminū humecratiua. est et ardoris aeris mitigatiua. aeris purgatiua. et cū sit mollissima in substantia. tñ ex frequenti casu est lapidum cauatiua quere infra libro. ciiij.

Capitulum nonum.

De pruina.

**P**ruina est vapor cōgelat⁹. vt di. Arist. siue imp̄ssio generata ex vapore fugido et humido cōgregato in corpe nubis in medio interstitio aeris cōgelato p frigiditatē loci et tempis. in quibus nō est aliqua ps caliditatis. vt di. Arist. vñ pruine accidunt duricies ex frigore loci et tempis. I quo generat. qz frigus vaporis partes aggregat et cōtrahit et sic pruine subas durā reddit. Et nimia etiam frigiditate alleicit et herbas et flores super quos cadit marcidos efficit et exurit. Ad modicum

solis radium euanescent et in rorem redit  
qz pruina nihil aliud est qz ros congelatus.  
vt di. Beda. Nam ros descēdēs ad  
terram frigiditate noctis cōgelatus spe-  
ciem albā durā et frigidam recipit et sic  
in pruine subām sup̄ficiat se conuertit  
vt dicit idem.

## Capitulum. X.

De grandine.

**G**randis est stillax in pluuie fri-  
goris et venti rigore in aere p̄ge-  
lario. vt di. Arest. Est enī impl-  
sio generata ex vapore frigido et humido  
a frigore fugato ad interioris nubis p̄-  
minū calidi circūstātis. Generat autē  
grandis in nubibz a terra lōginqs. vt di.  
idē. et cā generationis est vapor in p̄ca-  
uitatibus nubis receptus q̄ ex frigidita-  
te aeris cōdēfat. nā p̄tes hūide et frigide  
fugientes calorem aeris se recipiūt in inte-  
rioribz nubis. et ibi inueniētes vapores  
p̄tes eius aggregāt et in subām grandis  
coagulāt. et idē in estate frequētius sunt  
qz in hyeme. vlx mēs enī calor generatō-  
nem grādinis impedit. Nam dissoluen-  
do vapore p̄tes eius aggregari p̄ter nō  
p̄mittit. Sūt nimū frigus i hyeme. qz  
tūc n̄ ē caliditas i aere quā fugiēdo frig-  
se recipiēs intrat nubē. grādo at rotūda-  
pua descēdit ex sup̄mis locis. vt di. Arest.  
Causat enī eius puitas et rotunditas  
ex mora eius in aere longo tpe. vñ  
ex reuolutiōe eius diurna rotūdat. et ex  
aeris calore p̄tes ei⁹ aq̄as resoluēte mi-  
norat. In grādinē in locis vicinis terre  
generata accidit p̄trariū ex p̄traria cau-  
sa. Grādo itaqz cū impetu magno vento  
ipam impellēte et calore dissoluēte itaqz  
petit p̄cutit et p̄ ei⁹ sup̄ficiē ad modū sal-  
se disp̄git segetes fructus et flores mul-  
tū ledit frequētius p̄ diē qz p̄ noctē descē-  
dit. Cui⁹ rō est. qz calor diurnus fugat  
frig⁹ ad interiora nubis. et tēvēt septē-  
trional frigidus et sic⁹ rorem ab aere descē-  
dentem p̄gelat et p̄strigit et in subām grā-  
dis coagulāt et ouertit. vt di. Beda. Et  
tantum de grandine. De niue

## Capitulum. XI.

**N**ix est imp̄sio generata ex va-  
pore frigido et humido i infima  
medij intersticij aeris p̄gelato  
in corpus nubis a mediocri frigido res-  
pectu pruine p̄pter admixtiōem calidi-  
tatis in pte. q̄ caliditas idusa in ei⁹ sub-  
stantia et nō statim deuicta a frigore cir-  
cūstante rarefacit ei⁹ subām et mollificat  
recipiēs albedinē in colore. p̄ter victoriē  
am frigoris in fine atqz p̄pter expansio-  
nem et disp̄siōem p̄tū nubis et p̄pter fri-  
gus debilitatū a calore frangit i p̄tes  
tas ad similitudinē fracte teste a debili v̄-  
te frangētis. vt di. Arest. Nix igitur gene-  
rat in nube frigida minus tñ frigida ē qz  
illa in qua grādo cōgelat. Et hoc attesta-  
tur mollicies niuis. qz caliditas admi-  
xta nubij p̄hibet p̄tes eius inspissari et  
vehēmētius aggregari. Nix q̄ aq̄ est du-  
rior et sicior ex frigore cōstringēte gran-  
dine tñ mollior. ē ex admixtione caloris  
in ventre nubis. Dealbat autē ex frigidē-  
tate in eius sup̄ficie dñante ad modicū  
calorem nix in aquā resoluūt. et tam a du-  
ricia qz ab albedie defacili immutat. Ex  
mora niuis sup̄ terrā humus impingit  
tur. sua ei frigiditate poros terre claudit.  
vñ reuocato calore ad interiora radices  
et seminū fit humor interiorū attractio  
ad radices et eoz inuiscatio ex q̄ tra im-  
pinguat. vñ nix herbas malas et sup̄flus  
as mortificat et attenuat. bonas x̄o nix  
trit et impignat. Nix etiam sua p̄stia lo-  
ca fetida et fimaria et sterquilina regit  
occulat. vias et semitas p̄ sui diffusionē  
tegens. itinerantes impedit et retardat.  
In alto mari niue cadere raro Beda as-  
serit et affirmat. cui⁹ rō est. qz maris su-  
mositates cōtinue vel exalant vel a ventis  
ibidē flantibz disp̄gunt vel aq̄ possunt  
cōdēfari in niuem. in pluuā vel nebulā  
resoluunt. Item feris et aialibus noci-  
mentū prestat. qz eoz tegit pasca et re-  
stigia manifestat. vñ tpe niuis fere a ve-  
natoribus defacili capiunt. Item loca  
alta et montuosa nix frequēter et diuti-  
us in montibus qz in vallibus p̄seuerat  
qz venti frigidi liberius in montibus qz  
in vallibus inualescunt. In sup̄ valles  
sunt montibus calidiores p̄pter maiore

## Lib. XI.

aggregatōem et cōfractiōem radiorū .et  
iō nubes in montibus plus absūdāt. **I**tem  
nir vi caloris resoluta terrā imbuit .te/  
mollit et inebriat quā aī resolutōez frī/  
giditytis sue coarctatōe i sua supficie for/  
tius indurabat .vt di. grego. **I**tem nir p/  
pter sue substātie molliē et leuitatem  
in suo descensu strepitū vel sonū non ge/  
nerat .imo sensibilibiter de occulto aeris d/  
scēdēs intersticio suauiter supficie ter/  
re se applicat et equaliter se coaptat. **I**tem  
nir in candore suo et pulchritudine ad  
sui aspectū oculos intuentiū puocat . sed  
si nimis diu aspiciat spūm visibilē dis/  
gregat et valde immutat . **I**tem aq̄ ni/  
uea p̄tentionali et actuali frigiditate  
sua fluxū ventris reprimit et constringit  
nervos p̄cutit et trahit et opilat supfluita/  
tē mēstruosā l̄ strumosa eā et inue bibe/  
tib⁹ generat . membra stupida et q̄si tor/  
mitantia cito reddit lapidē in vesica gi/  
gnit . et frigidam ydroposim puocat inu/  
trit . vt dicit **Constan.**

### Capitulum. XII.

#### De nebula.

**N**ebula est immissio facta ex reso/  
lutōne nubis resoluta in aquā  
pluuiale . vt di. **Arelto.** vapores  
eni sic resoluti dispersi p̄ singulas aeris p/  
ticulas ac diffusi nebulā gignūt et indu/  
cūt . que q̄to est terre vicinior tāto spī/  
sior est et obscurior et frigidior inuenit̄ .  
a terra v̄o eleuata magis est soli puia .  
et iō minus est frigida et obscura. **Q**uā/  
do aut̄ nebula a sole attracta totalit̄ sur/  
sum mouet̄ . in materiā redit nubis . et iō  
future pluuie est significatiua . q̄n̄ autez  
totaliter a radijs solis rep̄cussa deorsum  
cadit et in suam redit originem reficit̄ et  
evanescit v̄n̄ purgato aere futurā presa/  
git serenitatē . **E**st aut̄ aliq̄n̄ corrupta et  
vaporibus ex quibus generat̄ et tūc mlt̄  
tum est nocua . si oꝝ etiam et germinan/  
tū vineaz est corruptiua et diuersaz in/  
firmiatū animalibus inductiua . latro/  
nibus et pueris est amica . qz insidiarius  
ipoz est occultatiua . itinerantiū et pere/  
grinantiū impeditiua . qz i magna nebu/  
la et obscura via est incognita et incerta

radiorū solis et aliarum stellarū est inter/  
ceptiua . et ideo nauigantibus est grauis  
et piculosa . vt dicit **Heda.** qz duz nebu/  
le obscuritas supficiem maris occupat  
quo delect nauta recte vertere gubernacu/  
lum ignorat aut̄ ambigit.

### Capitulum. XIII.

#### De tonitruo.

**I**mpressionum que generantur i  
aere ex vapore duplici . prima ē  
tonitrus . que est immissio generata in a/  
quea substantia nubis . ppter vaporis cali/  
di et sicci agitatiōem huc et illuc fugiēs  
suum cōtrarium ab omni parte coarctatū  
in se et ex hoc inflammari . extinguētis  
se tandem in nule et r̄spēntis eā . vt dicit  
**Arist.** **N**el generat̄ tonitr⁹ et collusione  
nubium s̄m p̄hūm q̄n̄ a ventis et r̄trāijs  
agitata nules ad inuicē colliduntur . ex  
mutua collisione ad inuicem et violenta  
cōfractiōe fit cōcussio in aere et strepitus  
que tonitrus ab antiq̄s est nominat⁹  
tus . **D**icitur autem tonitr⁹ vel tonitruū  
a terrore eo qz son⁹ terreat audiētes . vt  
dicit **Isi.** **N**am tonus idem est qz sonus  
qz interdū tam acriter cōcutit oīa . ita vt  
celū discerpisse videatur . qz cum p̄celo  
la vehementissimi venti in nubilo se re/  
pente immerferit . turbine inualescēte  
exitūqz querente nulem excauat et con/  
stringit . et impetu magno incidit et diuisi/  
dit ptes nubis . ac sic cū h̄o r̄edo s̄ fragore  
ad aures venit . qd̄ mirari nullus d̄z . cū  
vesica q̄uis sit puia tā magnū sonū com/  
plofa efficit et emittit . **C**um tonitruo ve/  
ro simul fulgur emittit̄ . sed celerius vi/  
detur fulgur . qz clarū est . tonitruus autē  
venit tardius ad aures . qz subtilior ē vi/  
sus q̄ auditus . et iō primo videt lucem  
sive fulgidum lumen qd̄ p̄cedit q̄ audi/  
at sonitum subsequētem sicut hō pri⁹  
videt ictum hoīs artorem incidentis q̄  
audiat ipm̄ sonum . **H**ucusqz **Isido.** **E**t  
ista rō **Isi.** de causa tonitruū cōcordat q̄  
si cum philosopho dicēte . **T**onitrus in/  
quit est spūs ventoz in sinu nubium res/  
ceptus qui virtute mobilitatis sue q̄si  
bet ptes nubis interrumpit . et strepitū  
ac fragorem tonitruū introducit . vnde

subdit. **T**onitruum est spacioꝝ aeris si-  
bi occurrentiū sonus s̄m **A**res. in li. me-  
the. **T**onitruū nihil aliud est q̄ extictio  
ignis in nube. vapor enī siccus eleuatus  
et calore aeris inflammatus q̄n a nube a-  
quosa intercipit subito extinguit. et ex  
tali extinctione strepitus tonitruū ge-  
neratur. sicut q̄n in aqua extinguit fer-  
rum ignitū fit sonitus atq̄ stridor. tescē-  
dit autem tonitrus sepe cum fulmine. et  
tunc magis ledit. vt dicit **De**. vñ obest  
fructibus cum aduenerit cum chousca-  
tione et fulmine sine pluma. **C**um verō  
accidit cum pluma pdest. vt dicit idem.  
**T**onitruū igitur motu suo omnia cōcu-  
tit. cerebrum cōmouet. anīmū terret. vi-  
num in uoleis p̄urbat cōmouet et corru-  
pit. vt dicit **A**resto. **S**i uenerit in hora ci-  
bationis anīm oua ledit. mulieres per-  
turbantes sepe abortiri facit. turres altas  
sepe cōcutit impetu suo et terijcit. arbores  
altas diruit radicitus et euellit. et frequē-  
tius in locis altis q̄ in humilibus et de-  
missis ledere cōsueuit. vt dicit **De**. **A**m-  
fractuosum et quasi orbicularem sonus  
facit et aerem quodam i equali susurrō  
p̄ circuitū cōcutit ita q̄ speciem strepi-  
tus rote vehiculi exprimit quodammodo  
et p̄tentendit. vt dicit **C**assi. **E**t talis cir-  
cularis sonus accidit forsitan ex rotundi-  
tate nubium in quibus vapor siue vent⁹  
qui causa est tonitruū diffusiter agitatur  
q̄ nūc sursum nūc deorsum nūc a h̄ nūc  
retro p̄ cōcauitatem nubium cōmouetur.

### **C**apitulū. XIII.

**D**e chouscacione.

**C**houscacio s̄m **A**rest. cōprehē-  
dit fulgur fulmen et p̄prie dictā  
chouscaciōem. nam p̄prie dicta  
chouscacio est apparitio subita vaporis  
subtilis inflamati euanescentis i aere sine  
descensu ad terram. **F**ulgur uolue fulgu-  
ratio est ignis subtilis. grossior tamē chous-  
cacione ad terram descēdēs. qui pene-  
trat herbas et res molles sicut ponit phi-  
losop̄i vt recitat in. iij. phisice algazel.

### **C**apitulum. XV.

**D**e fulmine.

**F**ulmen vero est vapor ignit⁹ cō-  
pactus et solidus imperuose ca-  
dens maioris vis q̄ sit fulgur. p-  
cutit enī q̄d tangit penetrat et vrit siue  
liquefacit diuidit et scindit et nihil corpo-  
rale ei resistat. **E**t scōm hoc dicit **A**res. q̄  
fulgurare idem est q̄ ferire. q̄ sicut idēs  
dicit. **E**x subtilioribus p̄tibus elemēto-  
rum cōponit ex quibus maior vis pene-  
trandi relinquit. et iō ic̄ celestis iacu-  
li ab **A**res. nuncupant. generat autē ex va-  
pore grosso cōposito ex contrarijs et diuer-  
sis eleuato et vehementi calore ignito et  
inflammato qui collisione ventorū rattri-  
tu nubium impellit. et quasi lapis igne⁹ et  
cōcauitate nubium deorsum p̄uolentiā  
ad modū iaculi cōmouet. vnde fulmina  
collisa ad modū lampadis fulgida vi in-  
flammationis discurrete p̄ aera discer-  
nunt. **E**t q̄uis ignee sint nature. tamē  
p̄uolentiā motus p̄tra naturam ignis  
inferius descendere cōpellitur. vt dicit **be**.  
**da**. **I**n suo autē descensu incendit et vrit  
et tunc dicitur fulgur. vt dicit **A**res. pene-  
trat et findit et tunc dicitur fulmē vt dicit  
idem vbi autem vrit secum fumum et  
fetorem pessimum gignit. sup loca alta  
frequentius cadere consueuit. in forte  
estate aut i forti hyeme raro sunt fulgu-  
ratōes. sed in principio autūni et in fine  
veris. vt dicit **be**. **da**. **P**hūs li. ij. ca. liij. in hy-  
eme et estate raro fiunt fulmina. q̄ i hy-  
eme p̄pter frigus vapor in aere nō gigni-  
tur. **I**n estate uo p̄pter siccitatem et sub-  
tilitatem aeris nō fit aggregatio vaporū  
in nubibus. sed in autumno et in vere ē  
aer mobilis et nimbulosus. et ideo tūc sepi⁹  
fulgurat **I**te ca. liij. di. idem fulminis  
plura genera traduntur. nam que sicca  
veniunt non adurunt sed dissipant. que  
humida non vrit sed infuscant. tertū  
est q̄ clarum vocant q̄d nure est nature.  
nam vinum exhaurit in uolīs intactis  
vasis. aurum et argentum liquat saccul⁹  
non combustis. **Q**uid autem sit chous-  
cacio et vnde puenit. diuersi diuersimo-  
de tradiderunt. **D**ixit enī empedocles  
q̄ chouscacio est ignis occultatus i nu-  
bibus et radijs solis. **E**t hoc dicit **A**res.  
esse falsum q̄ si hoc esset ex omni nube dō

rufcacio accideret. qz in omni nube ra-  
 dij solares occultantur. Anaragozas au-  
 tem dicit qz choruscacio est ex aere descē-  
 dente in nubem vel ad nubem. et se in ea  
 occultante cuius apparitio est chorusca-  
 tio et quādo ille ignis extinguitur i nu-  
 bibus aquosis stridor illius extinctiōis  
 vocatur tonitruū. Alij dixerunt choru-  
 scatiōem causari ex ventis calidis et sic-  
 cis in nubibus compssis quibus inflam-  
 mantur 7 adurunt. ignis in eis ingredi-  
 ens est choruscacio cuius splendor pri-  
 puenit ad visum q̄ sonitus ad auditum  
 Alij dixerunt choruscatiōem non fieri p  
 ignem sed p aque splendentis imagina-  
 tionem que p stellarum de nocte lucen-  
 tium illustratiōem in nubibus videtur  
 Sed dicit Arest. qz iste sermo error ē. qz  
 choruscacio de die videtur sub radijs so-  
 lis. sicut videtur de nocte. fm Arest. auit  
 vapor aggregatus in nubibus eoz rebe-  
 menti collisione attrit⁹ ignitur 7 fit ma-  
 teria choruscationis. et qz habet aliquas  
 ptes terrestres earū gravitate mouet i  
 ferius. et qz illa choruscacio est rehemē-  
 tis subtilitatis et nō rehemētis inflam-  
 mationis 7 adustionis ideo apparet al-  
 ba. et iō corpa q̄ ptingit non inficit nec  
 corumpit. Huculqz Arest. li. ij. methē.  
 Choruscationis itaqz motus subit⁹ est  
 et impulsus. subito enī apparet ab ori-  
 ente in occidente. subito est ostensivus  
 7 subito sui occultatiuus. De matrice  
 enim sua vt dicit Gregor. in ictu oculi  
 erit. 7 in se subito reuertens suam origi-  
 nem nō relinquit. Et sua subita appa-  
 ritione aspectus intuentiū est repercussī-  
 uis. timoris incussiuus p totum orlem  
 fm apparentiam 7 opinionem 7 iudici-  
 um visus sui est diffusiuus. futuri toni-  
 trui pambulus. et sui aduentus annūci-  
 atiuus. Si pluuiam habuerit cōcomi-  
 tantem vtilis est et pficiuus Si vō plu-  
 uia caruerit tenellis floribus 7 fructibus  
 est nociuus. vt di. Beda.

Capitulum. XVI.

De aura:

**A**ura est aer leuiter motus 7 agi-  
 tatus estuantibus refrigerium

algentibus plens calorem. que q̄sto est  
 purior tanto delectabilior et sanior ē. q̄  
 si fuerit tpata 7 debitas qualitates tem-  
 poris non exierit maxime vite hominis  
 est cōgrua 7 sanitatis cōseruatiua. si vel  
 ro cōtrario modo se habuerit maxime ē  
 nociua. qz pestilentie 7 corruptionis nō  
 modice est inductiua. Est aut pestilentia  
 aeris corruptio ex siccitatis 7 pluuiarū  
 distempantia ex meritis hominū cōtin-  
 gēs vt di. Bsi. Et dicit pestilentia q̄si pastu-  
 lētia. qz totā natura hōis pambulat et  
 tepascit. nam corruptis aquis 7 pluuijs  
 in aere quibus spirando et edēdo pasci-  
 mur statim corūpimur 7 diuersis passi-  
 onibus necessario laceessimur. vt supra  
 in eodem libro. vbi de pprietatibus ae-  
 ris dictum est. sed hec dicta iā sufficiant

Incipit liber. XII  
 de aibus in generali et speciali.

**E**xposito tractatu de pprie-  
 tatibus aeris et eoz que  
 in aere generantur. restat  
 dicere aliqua que p̄tinēt  
 ad eius decentiam 7 orna-  
 tum vt in ipis sicut in ceteris creaturis  
 dei magnalia extollant. Sed ornatum au-  
 tem aeris p̄tinēt aues 7 volatilia. vt di-  
 cit Beda. Et iō aliqua pauca adiunāte  
 chisti demētia sunt de his huic opuscu-  
 lo insereuda. non quidem de oibus s; so-  
 lum de aibus 7 volatilibus de quib⁹ spe-  
 cialiter fit mentio in textu biblie vel in  
 glosa. Et primo dicendū est in generali  
 deinde in speciali. et hoc p ordinē alpha-  
 beti. Aues itaqz q̄si deue. i. sine via sunt  
 dicte vt di. Bsi. eo qz ipaz vie nō sunt i  
 aere determinate et distincte. aues enī  
 motu 7 agitatione alaz diuidunt aerem  
 et incidunt. sed statim post volatū aere  
 se claudente nullum signū sui transitus  
 derelinquūt. Dicitur autem volucres  
 qz volitant alis. vt di. Bsi. ppter qd 7 ali-  
 tes q̄si alates. i. alis se leuantes a pluri-  
 bus noiantur. sine enī alis nō volitāt. si-  
 ne quartū bñficio de terris in aer a se nō  
 leuant. Vel ideo quis dicit ales ab alet